Corporis mysterium, Sanguinisque pretiosi, Quem in mundi pretium Fructus Ventris generosi, Rex effudit gentium. Nobis datus, nobis natus Ex intacta Virgine, Et in mundo conversatus, Sparso Verbi semine, Sui moras incolatus Miro clausit ordine. In supremæ nocte cenæ, Recumbens cum fratribus, Observata lege plene Cibis in legalibus, Cibum turbæ duodenæ Se dat suis manibus, Verbum caro, panem verum, Verbo carnem efficit, Fitque sanguis Christi merum. Et si sensus deficit, Ad firmandum cor sincerum Sola fides sufficit. Tantum ergo Sacramentum Veneremur cernui, Et antiquum documentum Novo cedat ritui, Præstet fides supplementum, Sensuum defectui. Genitori, Genitoque Laus et jubilatio, Salus, honor, virtus quoque, Sit et benedictio; Procedenti ab utroque Compar sit laudatio. AMEN! Fiat fiat sicut novissa.

Jn. Midolle à Genève Juillet 1838.